Exiuit ergo pilatus ad eos foras & dixit. Quam ac
cusationem affertis aduersus hominem hunc. Res
ponderunt et dixerunt ei. Si non esset hic malefac
tor. non tibi tradidissemus eum. Dixit ergo eis pila
tus. Accipite eum uos et secundum legem uestrā
iudicate eum. Dixerunt ergo ei iudaei. Nobis non
licet interficere quemquam. Ut sermo ihu imple
retur qui dix. Significans qua esset morte morituus.
Intrauit ergo iterum in pretorium pilatus. et uo
cauit ihm. & dixit ei. Tu es rex iudaeorum. Et re
spondit ihs. A te met ipso hoc dicis. an alii tibi dixer deme.
Respondit pilatus. Num quid ego iudeus sum. Gens
tua et pontifices tradiderunt te mihi; quid fecisti.
Respondit ihs. Regnum meum. non est de hoc
mundo. Si ex hoc mundo esset regnum meum. mi
nistri mei decertarent. ut non traderer iudaeis.
Nunc autem. regnum meum non est hinc.
Dixit itaq. ei pilatus. Ergo rex es tu. Respondit
ihs. Tu dicis. quia rex sum ego.
Ego in hoc natus sum. et ad hoc ueni in mundum.
ut testimonium perhibeam ueritati. Omnis qui
est ex ueritate. audit meam uocem. Dicit ei pila
tus. Quid est ueritas. Et cū hoc dixisset. iterū exiuit ad
Et dicit eis. Ego nullā inuenio in eo causā. iudaeos.
Est autem consuetudo uobis. ut unū dimittam
uobis in pascha. Uultis ergo dimittā uobis regē iudeorū.
Clamauerunt rursum omnes dicentes. Non hunc.
sed barabban. Erat autem barabbas latro.
xix. Tunc ergo apprehendit pilatus ihm et flagellauit. Et
milites plectentes coronam de spinis. imposuerunt
capiti eius. Et uestē purpureā circumdederunt
eum. & ueniebant ad eum et dicebant. Aue rex
iudaeorum. & dabant ei alapas.
Exiuit iterum pilatus foras. et dicit eis. Ecce

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
© HAB http://diglib.hab.de/mss/18-22-aug-4f/start.htm?image=00228
UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/hab_mss18-22-aug-4f/0228